

tes impedianc hujus divini seminis fructum,  
habes, p. 640 et 641.

## DOMINICA IN QUINQUAGESIMA.

*Tradetur enim gentibus, et illudetur, etc. Luc. 18.*  
Ut Christi milites ejus crucem tanquam vexillum sui ducis contuentes, ad arma poenitentiae sumenda exstimentur, ideo hoc Evangelium ineunte Quadragesima legitur, quod passionis Dominicæ summam complectitur; quo loco non importune parochus exponent quæ de passione Domini fuse traduntur p. 52 et seqq. Vel si in aliud tempus commodius differre malit hoc argumentum, hodie alteram Evangelii partem pertractabit, ut sequitur.

*Cæcus quidam sedebat secus viam. Hic cæcus genus humanum denotabat, de cuius post peccatum statu misero, vide p. 644.*

*Jesu, fili David, miserere mei. Hic quomodo Deum aliter oremus ac sanctos ex hac formula demonstrabis, ut habes p. 595. Porro si angustias aut tribulationibus premimur, aut re aliqua indigemus, ad Dominum cum hoc caco nobis recurrentum est, precibusque sollicitandus Deus, ut nobis adsit. Vide de necessitate et utilitate orationis, p. 577 et seqq.*

*Quid tibi vis faciam? Hic causas, ob quas clementissimus Deus vult a nobis rogari, etiamsi sciat quibus rebus indigeamus, ex p. 580 et 581 proferes.*

## FERIA IV. CINERUM.

*Cum jejunatis, etc. Matth. 6. Cum Quadragesimæ jejunium eo nomine sit institutum, ut totius anni peccata haec quasi solemní mulcta redimeremus, hodie parochus excitat fidelem populum debet ad poenitentiam amplectendam, de cuius necessitate scribit p. 425, 505, et seq.; docere quibus gradibus ad poenitentiam licet ascendere, p. 509, et quibus operum generibus pro peccatis satisfacere possimus, p. 556, et seqq.*

*Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. Vide adversus eos qui opes congerere undequa student, p. 530, 531, 536 et seq., 562 et 646.*

*Thesaurizate vobis thesauros in celo. Quoniam parochi frequenter fidelem populum ad elemosinas pauperibus erogandas excitat debent, hic hoc studiose præstabunt ex his quæ habentur p. 540 et seqq., 456, 683.*

## DOMINICA PRIMA QUADRAGESIMÆ.

*Ut tentaretur a diabolo, etc. Matth. 4. Cum sit tentatio vita hominum super terram, ut dicit Job., c. 7, hic de tentatione agendum, de generibus tentationum, ad quid permittantur homines tentari, quibus armis tentationibus resistendum, et cetera hujusmodi, quæ habentur p. 687 et seq.*

*Non in solo pane vivit homo. De pane spirituali, de quo hic agit Christus Dominus, vide p. 666 et seq.*

### XXXVI CATECHISMUS CONCILII TRIDENTINI.

*Angelis suis Deus mandavit, etc.* De Angelorum custodia erga homines, p. 607 et seqq.  
*Dominum Deum tuum adorabis.* De adoratione Dei, qua fide, spe et charitate perficitur, vide p. 664, 665.

### DOMINICA II.

*Assumpsit Jesus Petrum, et Jacobum, et Iohannem, et ducit eos, etc.* Matth. 17. Hic asserri possunt ea quæ de loco et tempore, quo homines ad divina contemplanda aptiores sunt, habentur, p. 174 et 453.

*Bonum est nos hic esse.* Hic tractari possunt quæ summa eorum dignitate, qui Deo obediunt, habentur, p. 569; vel de intimis hominum sanctorum gaudiis, p. 581. Poterunt etiam parochi de duodecimo articulo hic habere sermonem, de quo p. 145.

*Hic est Filius meus dilectus,* etc. Hic de eterna Filii generatione latissimum sese offert dicendi campus, de qua p. 58 et seq.; vel secundum aliarum Ecclesiarum ritum.

*Miserere mei, fili David.* Matth. 15. Hic typum habes perfectæ orationis, quantum spectat ad duas conditiones quæ in oratione maxime considerantur, fidem videlicet et perseverantiam, de quibus p. 601 et seqq.

*Filia mea male torquetur a dæmonio,* etc. Hujus mulieris exemplo, parentes monentur diligenter liberorum curam gerere: de qua p. 505.

*Dimitte eam, quia clamat post nos,* etc. Si Apostoli in hac vita degentes adhuc pro se solliciti pro Chananea interpellant, et exaudiuntur, et in cœlo mutire non audebunt, inquit D. Hieron.

### INDEX.

### XXXVII

contra Vigilantium. Hic de intercessione sanctorum, prout habetur p. 439 et seq.

### DOMINICA III.

*Erat Jesus ejiciens dæmonium, et illud erat mutum,* etc. Luc. 11. Dæmonis proprium est eum quem possidet reddere mutum, id est, a confessione peccati revocare. Sed tamen non est alia ratio ejiciendi dæmonis, quam ut linguam solvas ad detegendum coram sacerdote peccatum. Vide quæ de confessione habentur p. 328 et seq.

*Omne regnum in seipsum divisum desolabitur.* Ecclesia est Christi regnum, ut habetur p. 635, 636. Id autem ut in seipsum non sit divisum, unum esse necesse est, unde hic de unitate Ecclesiae agendum est, p. 110 et seqq.

*Revertetur in domum meam.* De relabentium in peccati gravitatem, p. 60. Et quid post confessionem agendum est, p. 559 et seqq.

*Tunc assumit alios septem spiritus nequiores se.* Hic locus, p. 668 et seq., inducit ad probandum non unum tantum dæmonem, sed plures etiam interdomum hominem tentare; patet autem ex hoc loco dæmonem acerius eos tentare qui ab eo defecerunt, ut probatur fusius p. 689 et seqq.

*Beatus venter qui te portavit.* Glorificatione B. Mariæ Virginis hoc Evangelium concluditur; de qua habes p. 54, 45, 594.

### DOMINICA IV.

*Unde ememus panes, ut manducent hi?* etc. Joan. 6.

Hic apte explicari poterit illa petitio Dominicæ orationis *Panem nostrum quotidianum da nobis*, p. 426 et seqq.

Notandum præterea quod panis iste vim etiam habebat sedandi situm, ut tenent doctores: ita et panis Eucharistiae laicis pro calice est. Lege, de communione sub una specie, p. 294.

*Hoc autem dicebat tentans eum.* Quomodo Deus hominem tentet, vide p. 691, 692.

*Distribuit discubentibus.* Christus non distribuit, sed dedit Apostolis, et illi distribuerunt turbae, Matth. 14, 19; si a mundi initio per patriarchas et prophetas, et postea per Apostolos eorumque successores Deus verbum Dei et sacramenta subministrat, ut habetur p. 1, 2 et 170, 171. Christus tamen est qui haec omnia præcipue efficit, p. 171, 172, 175.

*Hic est vere Propheta.* De gratiarum actione p. 585.

#### DOMINICA IN PASSIONE.

*Quis ex vobis arguet me de peccato?* Joan. 8. Innocentia Christi in hodierno Evangelio convenienter profertur in medium, ut in promptu sit nobis cause dominicae passionis quam hodie representare incipit Ecclesia, nimur non propria illius delicta, sed nostra. De causis passionis Christi habes p. 58 et seqq.

*Sic veritatem dico vobis.* A mendacio cavere docebatur, de quo multa, p. 547 et seqq.

*Qui ex Deo est, verba Dei audit.* etc. De verbo Dei audiendo, p. 2, 5, 663.

*Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es,* etc.

Ex hoc loco parochus ansam poterit arripere ad excitandos suos fideles ad injurias condonandas; qua de re multa habentur, p. 690 et seqq.

*Sed honorifico Patrem, et vos inhonorastis me.* Christus sepe et a multis graviter inhonatur: sed ab iis maxime qui ejus verbum vel male interpretando, vel ad vanâ convertendo polluant, de quo p. 471 et seq.

*Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum.* Ex hoc loco perspicci potest, et tempus et genus mortis a Christo delectum fuisse, qua de re p. 52 et seq.

#### DOMINICA IN RAMIS PALMARUM.

Evangelium ut in prima dominica Adventus, de quo ibid. Ceterum quoniam ad Eucharistiam percipiendam ex præcepto Ecclesiae eo tempore omnes discretione prædicti obligantur, ideo ex his Evangelii verbis: *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus*, ad ejus sumptionem fideles hortari poterit parochus ex his que habentur p. 246, 247, 248, 254, 255, 256, 297, 298 et deinceps: et quoniam parentes, ut plurimum, negligenter sunt ad liberos suos ad Eucharistie perceptionem presentandos: ideo eis maxime parochus inculcabit, quæ de ætate ad quam pueri ad eam percipiendum tenentur, et habentur, p. 295.

*In die sancto Parascerves.* Hoc die quoniam solemnis de mysterio passionis Domini nostri Jesu Christi concio haberi solet: ideo, præterea quæ in expositione articuli quarti Symboli habentur, p. 52 et seqq., haec insuper hoc die tractari

posse videntur. De singulari amore, Deus genus humanum persecuturus est, cum illud morte unigeniti Filii sui redimere voluerit, de quo p. 613, 614. De primi parentis lapsu et miseriis, quæ illum consecutæ sunt, de quibus p. 31, 32 et 656 et seq.; quomodo ex passione Christi omnis remissio peccatorum emanarit, de quo p. 127 et 626, et proinde omnia sacramenta ex hac Christi passione virtutem acceperunt, ut est p. 171. De sacrificio Christi tam cruento, quam incurvo, exp. 256, 301. Desatisfactione et merito Christi, de quo p. 556. Denique quomodo nulli unquam patuit, sed nec patere quidem potest aditus ad regnum cœlorum sine hac de redemptionis humanae per Christum fide, ut est p. 31, idque esse summam et cardinalem totius christianaæ religionis, scire Jesum Christum, et hunc crucifixum, ut habetur, p. 5.

## DOMINICA PASCHÆ.

*Surrexit, non est hic, etc. Marc. ultimo. De resurrectione Domini exponentur artic. Symboli apostolici: Tertia die resurrexit a mortuis.* p. 66 et seqq.

## FERIA II POST PASCHA.

*Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum, etc. Luc. 24. Quoniam fieri vix potuit ut parochus omnia quæ ad resurrectionem Christi pertinent pridie explicuerit, ideo hoc die poterit ea quæ prætermisit, ex eo loco repetere. Oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam*

*suam. Hic locus est proprius causas expendi, ob quas necesse fuit Christum resurgere, quæ habentur p. 73, 76, et exemplo Christi fideles hortandi ut omni studio incumbant ut coelesti regno potiantur, quod habetur p. 627, 628, et de commodis tribulationis, p. 614, 615.*

*Et factum est dum recumberet cum eis, accepit panem. Hic locus proprius est ad probandum utramque Eucharistia speciem laicis necessario non exhibendam, de quo multa, p. 294 et seq.*

## FERIA III POST PASCHA.

*Stetit Jesus in medio discipulorum suorum. Luc. 24. Hic de quatuor dotibus corporis glorioi agi potest, ut habetur p. 160 et seq.*

*Pax vobis. Quoniam regnum Dei, teste Apostolo, pax est et gaudium in Spiritu sancto: hic quale sit regnum Christi in pios tractari potest, ut habetur p. 632.*

*Prædicari in nomine ejus penitentiam et remissionem peccatorum. Quomodo penitentia prædicatio a Christo Apostolis injuncta sit ex hoc loco probatur p. 123 et seq. Unde potes tam expositione articuli de remissione peccatorum, quam ex his quæ de sacramento penitentiae hic habentur, longissimam habere concionem.*

## DOMINICA PRIMA POST PASCHA.

*Cum sero esset die illa una sabbatorum. Joan. 20. Christi resurrectio nostræ est resurrectionis exemplar; quam maxime stabilire necesse fuit,*

XLIII CATECHISMUS CONCILII TRIDENTINI.

ut pariter nostra stabiliret: quibus autem tum Scripturis, tum rationibus nostra stabiliter resurrectione, vide p. 75 et seq. Una autem sabbatorum quod sit, vide p. 480, 481.

*Quorum remiseritis peccata*, etc. *Joan. 20.* De potestate clavium sacerdotibus concessa, p. 125 et seq., et 382 et seq.

*Mitte digitum tuum in loca clavorum*, etc. Qualia futura sunt corpora post resurrectionem, et cur Christus et martyres cicatrices retinebunt, habes p. 138 et seq.

DOMINICA II.

*Ego sum Pastor bonus*, etc. *Joan. 10.* Pastorum nomine comprehenduntur non tantum episcopi et animarum rectores, sed etiam reges, magistratus, parentes et magistri. Quid vero pastores ejusmodi oviibus debeat, et quid vicissim oves pastoribus, habes p. 502 et seq.

*Mercenarius autem, et qui non est pastor.* Quid sit iste mercenarius et non pastor, vide p. 378.

*Et fiet unus ovile et unus pastor.* Hic de unitate Ecclesie, de qua p. 410 et seq.; unoque universalis Ecclesiae pastore D. Petro, et D. Petri successore Rom. Pontifice, de quo v. 111. seq. et 596.

DOMINICA ...

*Modicum, et non videbitis me*, etc. *Joan. 16.* Efficax consolationis genus, dum temporarius moeror pro Christo susceptus aeternis gaudiis compensatur. Vide que de vita aeterna habentur, p. 145, 145 et seq.

INDEX.

XLIIV

*Vosvero contrastabimini, mundus autem gaudebit.* Quare perversi minus, pii vero acrius a demonibus infestentur, et proinde illi gaudent, isti vero tristentur, vide p. 689, 693.

*Tristitia vestra vertetur in gaudium*, etc. Spe futuorum bonorum quomodo alacri et constanti animo adversa omnia tolerare debeamus, vide p. 142, et cur Deus sinat affligi bonos, p. 695, 696.

DOMINICA IV.

*Si non abiero, Paracletus non veniet*, etc. *Joan. 16.* De Spiritu sancto, deque admirandis ejus effectibus et donis habes p. 95 et seq.

*Arguet mundum de peccato*, etc. Spiritus sancti proprium munus est corda et compunctionem movere, et peccantem intrinsecus arguere. Quae autem contrito vera sit, quasque res ea habere debeat, p. 320 et seq. Huc etiam referri possunt ea quae de peccatis quae remitti non possunt, habentur, p. 516, 517.

DOMINICA V.

*Si quid petieritis Patrem in nomine meo*, etc. *Joan. 16.* De oratione, et ejus adjunctis hic proprius est dicendi locus, de qua 577 et seq.

*Usque modo non petistis quicquam*, etc. Hic proprio de modo quo Deum per Christum orare debemus, de quo p. 605. Hie etiam locus, p. 581, adducitur ad probandum in nomine Christi orandum esse.

## IN FESTO ASCENSIONIS DOMINI.

*Assumptus est in cœlum, et sedet a dextris Dei, etc.*  
*Marc. 16.* Hoc in loco articuli Symboli apostolici qui de Ascensione est, explicabitur, ut habetur p. 79 et seq.

## DOMINICA POST ASCENSIONEM.

*Cum venerit Paracletus, qui a Patre procedit.*  
*Joan. 15.* Ilic de processione Spiritus sancti a Patre et Filio, ex p. 100.

*Ut omnis qui vos interficit, etc.* *Joan. 16.* Hic præceptum Decalogi, Non occides, exponi poterit, de quo 504 et seq.

*Arbitretur se obsequium, etc.* De omnibus adversis et calamitatibus hujus vitæ idem judicandum est quod de his, quæ Christi causa patimur, nempe casesse magnum Dei in nos benevolentia signum, ut habetur p. 707.

## IN FESTO PENTECOSTES.

*Si quis diligit me, sermonem meum servabit, etc.*  
*Joan. 24.* Spiritus sanctus ideo creditibus datur, ut sermonem Dei qui Decalogo comprehenditur, servare possint, ad quam rem, ut promptiores sint, aferat parochus quæ habentur initio explicatiois Decalogi, p. 425 et seq. Vel quoniam, p. 428, hic locus adducitur ad probandum Dei mandata non esse impossibilia, ideo de hac re aget ex p. 425 et seq. Vel hodie exponet quæ traduntur de confirmationis Sacra-

mento, p. 227 et seq. Quandoquidem tali die Apostolos a Spiritu sancto confirmatos fuisse docent Patres.

## FERIA II POST PENTECOSTEN.

*Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret.* *Joan. 3.* Hic locus proprius est ad ea populo exponenda, quæ de eximia charitate celestis Patris in genus humanum, in creatione et gubernatione demonstrata, sed multo magis in redēptione, habentur p. 583 et seq., 615 et seq.

*Ut omnis qui credit in eum non pereat.* Hic quomodo fides in Christum omnibus hominibus ab omni ævo necessaria fuerit, docendum est ex p. 31 et seq.

*Qui credit in eum non judicatur.* De verbo *credite* habes p. 14, quæ hic accommodare poteris; et quia etiam dicendi forma Filium Dei vere Deum esse demonstrabis, ex p. 31, 38 et seq.

*Quia non credit in nomine unigeniti Filii.* Quomodo Dei Filius sit unigenitus poteris declarare ex his quæ habentur p. 31 et seq.; et contra, qua ratione hic unigenitus fratres habeat, vide p. 615.

## FERIA III POST PENTECOSTEN.

*Qui non intrat per ostium in ovile oviun, etc.*  
*Joan. 10.* Hic locus proprius est ed ea explicanda quæ de legitima ordinatione ministrorum Ecclesie habentur p. 375 et seq.; de legitimo ministro sacramenti ordinis, p. 397.

*Et oves vocem ejus audiunt. De obedientia et honore qui debetur episcopis et sacerdotibus agitur p. 497 et seq.*

*Allenum autem non sequuntur. Hæreticorum ministros non esse sequendos, vide p. 5; qui autem eos sequuntur, non oves, sed hædi sunt, p. 109.*

### IN FESTO SANCTISSIMÆ TRINITATIS.

*Data est mihi potestas in celo et in terra. Matth. 28.* Hic explicanda sunt quæ de regno Christi in pios, et ratione qua regnat in suis fidelibus, habentur p. 632 et seq.; de regno etiam gloriæ ejusdem, p. 633, 634; item de potestate ipsius in sacramentis tam instituendis quam conferendis, p. 470, et de potestate item clavium ejusdem, qua remittuntur peccata, p. 124 et seq.

*Baptizantes eos.* Hic locus adducitur ad probandum, quo tempore baptismus obligare cœperit, p. 192, et ideo necessitatem ejusdem, et præsertim in infantibus, et proferri possunt quæ habentur p. 200 et deinceps.

*In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* Hic de materia et forma baptismi, quæ sunt, p. 185 et seq.; accurate agendum est. Hic etiam de sanctissima et glorioissima Trinitatis mysterio poterunt agere parochi, de quo p. 20 et seq. Docebunt autem presertim vulgus imperitum sanctissimam Trinitatem pingi et formari non posse, atque adeo si quando pingatur, illam picturam proprietates quasdam illius exprimere, habetur p. 445 et seq.

*Docentes eos servare quæcumque mandavi.* Hic de necessitate, et possibilitate servanda legis divinae proferrentur, quæ habentur p. 427 et seq.

### IN EADEM DOMINICA.

*Estote misericordes sicut et Pater vester celestis, etc. Luc. 6.* De hoc Evangelio in Dominica quarta, juxta aliarum Ecclesiastarum morem.

*Data et dabitur vobis.* Hic de communicandis cum proximis hujus vite subsidiis produci possunt quæ habentur p. 661 et seqq., vel de elemosynis, p. 598 et 603.

*Hypocrita! ejice primum trabem.* De hypocritis quorum orationes Dominus rejicit, habet p. 604: item secundum aliquos.

*Nisi quis renatus fuerit, etc. Joan. 3.* Hic de necessitate baptismi, qui in nomine sanctissimæ Trinitatis conferitur, de ejus effectibus, et in universum quidquid de eo habetur p. 179 et seq. explicabit.

### IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

*Caro mea vere est cibus, etc. Joan. 6.* De Eucharistie sacramento, p. 245 et seq.

### DOMINICA II POST PENTECOSTEN.

*Homo quidam fecit canam magnam, etc. Luc. 14.* Coenæ nomine, quæ sub fine diei sumuntur, cœlestis gloria nobis significatur, quam hic paterfamilias in ipsa vita clausula beatis do-

nabit: in hoc argumentum, vide quæ ponuntur, p. 142 et 634. Vel coram nomine cum Paulo, 1 Cor. 11, intelligitur sacrosanctum Christi corpus in sacramento altaris: de quo vide ut supra p. 243.

*Et cuperunt simul omnes excusare.* Quoniam omnes haec excusationes ex mala concupiscentia proveniunt, ideo hic adversus concupiscentias pravas agendum erit ex p. 561 et seq. Simulque misericordia nostra ob oculos ponenda, qui ea respuumus, quæ salutaria nobis sunt, rebus autem perniciosis nos addicimus, ut hi fecerunt, vide p. 406 et seqq.

*Villam emi.* Vide in superbos et ambitiosos, qui per hunc designantur, quæ habentur p. 596 et 597.

*Juga boum emi quinque.* Vide in avaros, p. 528 et seq.

*Uxorem duxi.* Hic detestanda libido, et commendanda continentia et castitas, que aditum nobis ad celorum regnum facilem prebent, vide 522 et seq. vel secundum alios.

*Homo quidam erat dives qui indeuebatur,* etc. Luc. 16. De vanitate in vestibus fugienda, vide quæ habentur p. 527; et quomodo necessariis tantum rebus ad victum et vestitum pertinentibus contenti esse debeamus, p. 659, 660.

*Sepultus est in inferno.* Ecce quæ pœna maneat improbos, qui morte praoccupati sceleribus pleni decedunt, de qua vide p. 92, 93, 94.

*Ut portaretur ab Angelis.* Inter Angelorum officia hoc non postremum est, vide p. 508 et seq.

*In sinum Abrahæ.* De receptaculis animarum post mortem habes p. 69 et seq.

## DOMINICA III.

*Gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agentem,* etc. Luc. 15. Inter cætera, quæ ad penitentiam agendam peccatorem extimulare debent, est ista colitum letitia, quæ perfruuntur ob peccatoris conversionem. Plura habes in hac sententiam, p. 423 et seq., 503 et seq. 668 et seq. *Vel Homo quidam fecit,* ut in Domina precedenti.

## DOMINICA IV.

*Cum turbæ irruerent in Iesum ut audirent verbum,* etc. Luc. 5. Vide exhortationem ad audiendum diligenter verbum Dei, p. 2, et in præfat. Et quomodo pro captu cujusque tradenda sit doctrina Evangelii, ibidem infra: idque præsentim diebus festis, audiendum, p. 472 et seq.

*Ascendens in unam navem, quæ erat Simonis,* etc. Petri navem non alterius ex Apostolis ingressus est Christus, ut hoc suo facto insinuaret Petrum cum successoribus caput esse et principem pastorum Ecclesiæ: de hac re vide p. 111 et seq. et 396.

*Exi a me, Domine.* Qui ad sacram synaxim accedunt, in Petri exemplo et centurionis, Matth. 8, agnoscant esse se tanti hospitis præsentia indignissimos: vide quæ de preparatione Eucharistiae traduntur p. 283 et seqq., vel secundum aliarum Ecclesiarum ritum.

*Estote misericordes sicut et Pater,* etc. Luc. 6.

Ut Christus nobis condonet, prius condonare ipsi debemus iis a quibus laesi fuerimus. Vide explicacionem illius petitionis, *Dimitte nobis debita nostra*, etc., p. 668 et seq. Vide item de hoc evang. in festo Sanctissimae Trinitatis.

## DOMINICA V.

*Audistis quia dictum est antiquis: Non occides*, etc. *Matth. 5*. Hujus loci erit hoc Decalogi praeceptum exponere, prout habetur p. 504 et seq. *Ego autem dico vobis, omnis qui irascitur*. Haec verba exponuntur, p. 510.

*Audistis quia dictum est antiquis: Non machaberis*, etc. Hic similiter exponatur hoc praeceptum, de quo habetur, p. 519; vel: *Cum turbae irruerent in Iesum*, ut supra.

## DOMINICA VI.

*Misereor super turbam, quia ecce jam triduo sustinet me. Marc. 8*. Praeterea qua notata sunt in Dominica quarta Quadragesimae, poterit parochus ea huc proferre qua de paternitate Dei de hominibus cursu habentur p. 607.

*Si dimisero eos jejunos, deficient in via*. Hic de imbecillitate hominum, qui nullum opus Deo gratum sine adjumento Dei possunt instituire, agendum est, ut habetur p. 641 et seq., vel *Audistis quia dictum est antiquis: Non occides*, ut supra.

## DOMINICA VII.

*Attendite a falsis prophetis*, etc. *Matth. 7*. Hic evendum praecipitur ab hereticis.

Quis vero censendus sit hereticus, habes p. 104 et 109. Quomodo autem hi cum in Ecclesia non sint, abea puniri possint, p. 104 et 109. Quibus autem artibus hi falsi prophetae utantur ad impia sua dogmata infundenda, habes p. 5.

*In ignem mittetur*, etc. De hoc igne infernali, p. 66.

*Sed qui facit voluntatem Patris mei*, etc. Hec sententia est veluti methodus brevissima, docens qua ratione ad regnum eolorum pervenire possumus; quare quicumque cupimus illud adipisci, hanc sententiam pra oculis habere debeamus, vide p. 640 et seqq. Et deinceps, ubi haec tertia petitio, *Fiat voluntas tua, sicut in celo et in terra*, explicatur; vel *Misereor super turbam*, ut in praecedenti Dominica.

## DOMINICA VIII.

*Redde rationem villicationis tuz*. *Luc. 16*. De ratione reddenda, cum unusquisque migrat e vita, vide p. 87.

*Facite vobis amicos de mammona iniquitatis*. Ideo divites a Deo bonis cumulantur, ut pauperibus ea erogent, p. 667. Hic ad elemosynas suos poterit exhortari parochus, prout est, p. 540 et seqq. et 598. Hic etiam locus pro intercessione sanctorum facit, de qua p. 459 et seq. et 595, vel *Attendite a falsis prophetis*, ut in praecedenti Dominica, sique deinceps omnia Evan-

gelia qua consequenter in reliquis Dominicis proponuntur, in quibusdam Ecclesiis in praecedenti Dominicis legi consueverunt, quod notare supersedimus.

## DOMINICA IX.

*Flevit super illam.* *Luc.* 29. Flet Christus, ut nos ftere doceat. Quomodo vero in paenitidine eratorum sint adhibentiae lacrymæ, et quam diligenter procurandæ, habes p. 324, ubi de contritione agitur.

*Quia nisi cognovisses et tu.* Summa est status nostri miseria nostram miseriam non agnoscere, vide p. 641.

*Quia venient dies in te, et circumdabunt te, etc.* Jerusalem in exemplum ponitur hujus hominis, qui multis a Deo beneficiis ornatus, male eis in sui perniciem abutitur, vide p. 693.

## DOMINICA X.

*Hæc apud se orabat.* *Luc.* 18. Quibus virtutibus oratio debeat esse comitata, ut Deo placeat, et ab eo exaudiatur, vide p. 596 et seqq.

*Deus propitius esto mihi peccatori.* Hoc veri penitentis exemplum inter alia proponitur, p. 587. Quare cum istius tum aliorum exemplo, qui habentur ibidem et p. 324, ad veram penitentiam parochi fidèles excitabunt. Est præterea exemplum eorum qui, cum peccatores sint, Deum orant et exaudiuntur, p. 587. Denique quanta humilitate ad Deum precaturi accedere debeamus hic demonstrat, p. 454, 596.

*Qui se exaltat humiliabitur.* Christi humiliatis exemplum maximum pondus habet ad nostram superbiam deprimendam, p. 50.

## DOMINICA XI.

*Et deprecabantur eum, ut illi imponat manum.* *Marc.* 7. Istorum exemplo, qui Christum promuto et surdo ad eum adducto, ut sanaretur, interpellant; monentur pro aliis orare. Quomodo vero id faciendum et pro quibus orandum habes p. 591.

*Misit digitos in auriculas ejus.* Christi exemplo pueris in baptismo, aures, oculi, pectus, humeri signo crucis recte insigniuntur. Vide de his et aliis baptismi cæremoniis, et earum significatione, p. 219 et seqq.

*Suspiciens in colum ingenuit,* etc. Cum Deus sit ubique, cur potius in colum quam alio oculos convertamus, et cur in cœlis esse dicatur, p. 520, 521. Præterea quoniam sacra Littera nos surdos et cæcos, et omnibus membris captos sæpe appellant, ut habetur p. 673, hic de malis que peccatum invehit, ut ibidem habemur, disserere parochus commode poterit.

## DOMINICA XII.

*Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,* etc. *Luc.* 10. In hanc sententiam populo proponuntur, que habentur initio explicatiōnis Decalogi, p. 423. Usque ad secundum præceptum, vel quia hoc Evangelium concurrit cum domi-

nica decima septima, posteriorem hujus Evangelii partem priori prætermissa exponet.

*Homo quidem descendebat ab Ierusalem in Iericho, etc.* Hominis hujus ita miserabiliter a latronibus vulnerati nomine doctores intelligent humanam naturam post Adæ lapsum, que, quot, qualia, et quanta vulnera acceperit, habes p. 32, 33, 34, et p. 63 et seq., 656 et seq., 795 et seq., sæpeque alibi.

*Samaritanus autem infundens oleum, etc.* Hic de sacramentis agat parochus, que a nostro Samaritano, id est a Christo, instituta sunt, tanquam remedia contra vulnera humanae naturæ per Adæ lapsum inflicta, ut habetur, p. 471.

*Curam illius habe.* Nota genus humanum et Ecclesiam unius homini Christo commissam, qua de re vide p. 410 et seq.

*Quis horum videtur fuisse proximus?* Ex hoc loco quis sit proximus explicatur, p. 549.

### DOMINICA XIII.

*Jesu præceptor, miserere nostri.* *Luc. 17. De nomine Jesu* vide p. 34, 35.

*Ite, ostendite vos sacerdotibus, etc.* Vide que in hanc sententiam dicta sunt dominica secunda post Epiphaniam, vide præterea p. 553, ubi non nominatum hic locus adducitur. Quomodo item beneficio contritionis peccata remittantur, ex hoc loco probatur, p. 527. Que tamen confessionem requirit ut habetur, p. 519, 520, 521.

### DOMINICA XIV.

*Ne solliciti sitis animæ vestræ, etc.* *Matth. 6.* Quantum immoderata sollicitudo congerendrum opum, cætereque cupiditates animæ saluti obsint, vide p. 567 et seq. Et hujus morbi medium habes p. 573 et seq.

*Seit Pater vester quod omnibus his indigetis, etc.* Etiam si Deus sciat desideria nostra et indigentiam, cur ei preces porrigitamus, p. 581.

*Primum quærite regnum Dei, etc.* De iis quæ pertenda sunt et quo ordine habentur, p. 589 et seq., 619, 620, 622. Porro hic commode secunda petitio dominice orationis tota explicabitur, ut habetur p. 627 et seqq.

*Et hæc omnia adjicientur vobis, etc., quatenus temporalia petenda, p. 658.*

### DOMINICA XV.

*Et resedit qui erat mortuus.* *Luc. 7.* Si hic mortuus, et quidam alii sint revocati ad vitam, quomodo intelligendum, quod Christus primus omnium resurrexit, vide p. 472. Hic tractari poterit articulus Symboli apostolici penult. *De carnis resurrectione,* p. 430 et seq.

### DOMINICA XVI.

*Si licet sabbato curare, etc.* *Luc. 14.* De sanctificatione dierum festorum, et a quibus tunc absinthendum, quidve agendum sit, habes 473, et maxime p. 480 et seqq.

## LVI CATECHISMUS CONCILII TRIDENTINI.

*Cum invitatus fueris ad nuptias*, etc. Hic locus est cohortandi Christianos omnes, ne alii aliis se præferant, ut est p. 618. Neve ambitiosi sint honorumque cupidores, ut est p. 60, 62.

## DOMINICA XVII.

*Diliges Dominum Deum tuum*, etc. *Matth. 22*. Vide Evangelium Dominicæ duodecimæ, ut supra.

*Quid vobis videtur de Chris'o*, etc. Christus quomodo sit Davidis filius, vide p. 48. Quomodo item non sit filius David ratione divinitatis, habes p. 38.

## DOMINICA XVIII.

*Videns autem Jesus fidem eorum*, etc. *Matth. 9*. Ecce quantum fide aliena moveatur Deus ad aliquod donum alteri non modo non petenti, sed ne cogitanti quidem impertendum. Hinc fit ut in baptismo infantes regenerationis siant participes, non quia mentis sua assensioni credant, sed quia susceptorum, vel parentum (si fideles fuerint), sin minus Ecclesiæ catholice (ut ait Augustinus) fide muniantur, p. 201, ut de Patrinis, 195 et seq.

*Remittuntur tibi peccata tua*, etc. Christum ut hominem primum omnium potestatem remittendorum peccatorum habuisse ex hoc loco probatur, p. 125, 126. Porro dum sacerdos, jurisdictionem habens, vel ordinariam, vel delegatam, rite pœnitenti peccata remittit, non minus absolvitur, quam paralyticus, quantum est

## INDEX.

## LVII

ex parte sacram. De forma absolutionis habes p. 513.

*Hic blasphemat*, etc. De blasphemia habetur, p. 471. Et de juramento, p. 439 et seq.

## DOMINICA XIX.

*Qui nuptias fecit filio suo*, etc. *Matth. 22*. Quibus de causis vir et mulier conjungi debent, vide p. 407. Et quæ sponsæ magis sint querendæ, p. 409. Et de mutuis viri et mulieris officiis, p. 439 et seq. Et quod Deum orandi causa certis temporibus a matrimonii officio abstinere debent, p. 423, 424. Item de tribus matrimonii bonis, p. 418, 419.

*Contumelias affectos occiderunt*, etc. De contumelia, detractione, murmuratione, ceterisque viiis quibus proximus leditur, vide p. 561 et seqq.

*Non habens vestem nuptialem*. Vestem hanc nuptialem vestis candida, vel sudarium quod baptizatis datur, designat, de quo p. 223.

*Mittite in tenebras exteriores*, etc. De sententia et pena damnatorum, p. 92 et seq.

## DOMINICA XX.

*Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur.* *Joan. 4*. Unde tot miserie et adversitates, et que, quotque illæ sint, p. 672. Quo in malis et rebus adversis confugiendum, p. 695, 696. Hic exponi poterit ultima petitio dominice orationis: *Sed libera nos a malo*, p. 699 et seq.

## LVIII CATECHISMUS CONCILII TRIDENTINI.

### DOMINICA XXI.

*Redde quod debes*, etc. *Math. 18.* Restitutio penitenti est necessaria, antequam absolvatur, quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, ut inquit Augustinus. Vide de restitutione pag. 553, 558. Item de furto, rapina, usuris, et alii illicitis rerum usurpationibus, p. 550 et seqq.

*Si non remiseritis*, etc. Hic exponatur petitio illa orationis dominice: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus*, etc., p. 668 et seq.

### DOMINICA XXII.

*Magister! scimus quia veras es*, etc. Genus assensionis pessimum, quae ad proximi calamitem et perniciem adhibetur. De adulacione habes p. 554. *Quia veras es*, etc. De mendacio, vide p. 547 et seq. Ubi notatur hoc ipsum testimonium, ex hoc Evangelio deceptum.

*Reddite que sunt Caesaris Cæsari*, etc. Vide quae debentur principibus et superioribus in potestate constitutis, p. 497, 498, 499.

### DOMINICA XXIII.

*Ecce princeps unus accessit et adorabat eum dicens*, etc. *Math. 9.* Hic differentia, qua infideles et Christiani a morbis liberari cupiunt, de qua p. 702. Quomodo in morbis ad Deum, non ad prestigiatorum incantationes sit recurrendum, p. 703.

## INDEX.

LIX

*Filia mea modo defuncta est*. Hic de morte ex novissimis finibus, de quibus sepe ad populum agendum esse præcipitur, p. 95 et 362 et seqq.

*Si letigero tantum fimbriam vestimenti*. Hic de reliquis sanctorum, et cultu, et veneratione earum aget parochus ex p. 459 et seq.

*Et cum venisset Jesus in domum principis*, etc. Hic de ratione juvandi mortuos per sacrificium Missæ et orationes, de qua p. 502 et 503; vel in quibusdam Ecclesias legitur Evangelium Dominicæ quartæ Quadragesimæ, de quo ibidem. Si plures sint Dominice inter Pentecosten et Adventum, servetur quod de his in Breviarii rubricis habetur.

### DOMINICA XXIV.

*Cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sacro*, etc. *Math. 14.* Hic de signis precedentibus diem judicii agendum est, de quibus p. 92.

*Orate autem ne fiat fuga vestra*, etc. Hic locis a' probandum temporalia a Deo peti posse inducitur, p. 638, unde de hoc arguento parochi etiam agere poterunt, de quo tum ibidem, tum p. 588 agitur.

*Sed propter electos breviabuntur dies illi*. Hic de dæmonum potestate poterit agi qui, quantum possunt, et quandiu volunt, homines tentare non possunt, ut habetur p. 692 et seq.

LAUS DEO.

## PRÆFATIO

IN QUA INTENTIO CONCILII, NECESSITAS ET USUS TOTIUS  
OPERIS APERIUNTUR.

### Naturæ luminis infirmitas.

I. Ea est humanæ mentis et intelligentiæ ratio ut, cum alia multa, quæ ad divinarum rerum cognitionem pertinent, ipsa per se, magno adhibito labore et diligentia, investigaverit ac cognoverit, maximam tamen illorum partem, quibus aeterna salus comparatur, cuius rei imprimis causa homo conditus, atque ad imaginem et similitudinem Dei creatus est, naturæ lumine illustrata agnoscere, aut cerne nonnunquam potuerit.

### Supernaturalis revelationis necessitas.

II. Invisibilia quidem Dei, ut docet Apostolus (*a*), a creatura mundi, per ea qua facta sunt, intellecta conspi ciuntur, sempiterna quoque ejus virtus, et divinitas: verum mysterium illud (*b*), quod absconditum est a seculis et generationibus, ita humanam intelligentiam superat, ut, nisi manifestatum fuisset sanctis, quibus voluit Deus fidei munere notas facere divitias gloriae sacramenti hujus in gentibus, quod est Christus, nullo studio homini ad eam sapientiam aspirare licuisse.

### Doctorum necessitas.

III. Cum autem fides ex auditu concipiatur, perspicuum est quam necessaria semper fuerit ad aeternam salutem consequendam, doctoris legitimè fidelis opera ac ministerium: siquidem dictum

(*a*) Rom. 1, 20. — (*b*) Coloss. 1, 26.

est (a): Quomodo audient sine prædicante? quomodo vero prædicabunt, nisi mittantur?

*Suis Deus nunquam desuit.*

IV. Et quidem ab ipsis mundi origine, clementissimum ac benignissimum Deus suis nunquam defuit; sed (b) multifarie multisque modis locutus est patribus in prophetis, eisque pro temporum conditione, ad coelestem beatitudinem certum ac directum iter monstravit. Sed quoniam predixerat daturum se (c) doctorem justitie in lucem gentium, ut esset salus ejus usque ad extremum terræ (d), novissime locutus est nobis in Filio, quem etiam (e), voce e celo delapsa a magnifica gloria, jussit ut omnes audirent, ejusque preceptis obtemperarent. Deinde vero Filius alios dedit (f) apostolos, alios prophetas, alios pastores et doctores, qui verbum vite annuntiant ne circumferemur tanquam parvuli, fluctuantes omni vento doctrinæ, sed firmo fidei fundamento adhaerentes (g), coadficaremur in habitaculum Dei, in Spiritu sancto.

*Pastores Ecclesie ut audiendi.*

V. Ac ne quis verbum auditus Dei ab Ecclesiæ ministris, tanquam verbum hominum, sed sicut vere est verbum Christi accepere, ille ipse Salvator noster tantam auctoritatem eorum magisterio tribuendam esse statuit, ut diceret (h): Qui vos audit me audit, et qui vos spernit me spernit: quod quidem non de iis tantum qui buscum sermo habebatur intelligi voluit: verum de omnibus etiam qui legitima successione do-

(a) Rom. 10, 14, 15. — (b) Hebr. 1, 1. — (c) Isaï, 49, 3.  
— (d) Hebr. 1, 21. — (e) 2 Istr. 1, 17. — (f) Eph. 4, 11. —  
(g) Eph. 2, 22. — (h) Luc 10, 16, 1 Thess. 2, 13.

cendi munus obirent, quibus se (a) omnibus diebus usque ad consummationem saeculi affuturum esse pollicitus est.

*Verbi Dei necessaria prædicatio.*

VI. At vero, cum hæc divini Verbi predicatio nunquam intermitte in Ecclesia debeat, tum certe hoc tempore, majori studio et pietate elaborandum est, ut sana et incorrupta doctrina, tanquam pabulo vita, fideles nutriantur, et confirmen- tur (b): exierunt enim pseudo-prophetæ in mun- dum, de quibus dixit Dominus (c): Non mittebam prophetas, et ipsi currebant; non loquebar ad eos, et ipsi prophetabant (d), ut variis doctri- nis et peregrinis christianorum animos deprava- rent. Quia in re illorum impietas omnibus Satanæ artibus instructa, tam longe progressa est, ut nullus fere certis finibus contineri posse videatur, ac, nisi Salvatoris nostri preclara illa promissio niteremur, qui se adeo stabile Ecclesia sue fun- damentum posuisse affirmavit, ut (e) porte inferi aduersus eam prævalere numquam possint; maxime verendum esset ne hoc tempore, tot un- dique hostibus obsessa, tot machinis tentata et oppugnata concideret.

*Hæresis latius irrumpens.*

VII. Nam, ut omittamus nobilissimas provin- cias, que olim veram et catholicam religionem, quam a majoribus acceperant, pie et sancte reti- nebant; nunc autem derelinquentes viam rectam, erraverunt atque in eo se maxime pietatem colere palam profitentur, quod a patrum suorum doctrina quam longissime recesserunt, nulla tam remota regio, aut tam munitus locus, nullus

(a) Matth. 2, 8, 20. — (b) 1 Joan. 4, 1. — (c) Hier. 25, 21.  
— (d) Hebr. 13, 9. — (e) Matth. 16, 18.

christianæ reipublicæ angulus inveniri potest quo  
haec pestis occule irrepere non tentari.

*Erros que arte disseminat.*

VIII. Qui enim fidelium mentes corrumpere sibi proposuerunt, cum fieri nullo modo posse inteligerent, ut cum omnibus coram colloquerentur, et in eorum aures venenatas voces infundenter, idem alia ratione agressi, multo facilius ac latius impietatis errores disseminarunt. Nam preter illa ingentia volumina, quibus catholicam fidem evertere conati sunt, a quibus tamen evovere, cum apertam haeresim continerent, non magni fortasse laboris ac diligentie fuit, infinitos etiam libellos conscriperunt: qui cum pietatis speciem præ se ferrent, incredibile est quam facile incautos simpliicium animos decepterint.

*Cur edendum hunc Catechismum jussit Trid.  
Syn. sess. 24, cap. 7, et sess. 25, in fine.*

IX. Quamobrem Patres ecumenica Tridentinæ Synodi, cum tanto et tam perniciose huic malo salutarem aliquam medicinam adhibere maxime cuperent, non satis esse putarunt, graviora catholice doctrinæ capita contra nostri temporis haereses decernere, sed illud præterea sibi faciendum censuerunt, ut certam aliquam formulam et rationem christiani populi ab ipsis fidei rudimentis, instituendi, traderent, quam in omnibus Ecclesiis illi sequerentur, quibus legitimi pastoris et doctoris munus obeendum esset.

*Hujus Catechismi auctoritas et scopus.*

X. Multi quidem adhuc in hoc scriptorium genere cum magna pietatis et doctrinæ laude versati sunt, sed tamen Patribus visum est maxime referre, si liber sanctæ Synodi auctoritate ederetur, ex quo parochi, vel omnes alii quibus docendi

munus impositum est, certa præcepta petere, atque depromere ad fidelium ædificationem possint, ut quemadmodum (a) unus est Dominus, una fides, ita etiam una sit tradendæ fidei, ad omniaque pietatis officia populum christianum erudiendi, communis regula atque præscriptio.

*De quibus agitur in hoc Catechismo.*

XI. Ergo cum multa sint quæ ad hanc rationem pertinere videantur, nemo existimet illud sanctæ Synodo propositum fuisse ut omnia christianæ fidei dogmata, uno libro comprehensa, subtiliter explicarentur; quod ab iis fieri solet qui se profontur universo religionis institutionem et doctrinam tradere: id enim et infiniti pene operis fuisset, et instituto minus convenire perspicuum est: sed quoniam parochos sacerdotesque, animarum curatores, earum rerum cognitione instruendos suscepit quæ pastoralis munera maxime propria sunt, et ad fidelium captum accommodata; ea tantum in medium afferrri voluit quæ hac in re plenum pastorum studium, si in difficilioribus divinarum rerum disputationibus non ita versati fuerint, adjuvare possint.

*In erudiendis populis quæ attendenda.*

XII. Quæcum ita sint, antequam ad easigillatum tractanda accedamus quibus hujus doctrinæ summa continetur, institute rei ordo postulat, ut pauca quædam exponantur quæ pastores considerare, sibique ante oculos proponere in primis debent: ut scient quoniam, veluti ad finem omnia eorum consilia, labores, et studia referenda sint; quove pacto id quod volunt, facilius consequi et efficiere possint.

*Primum.* — XIII. Illud igitur primum videtur

esse ut semper meminerint omnes christiani hominis scientiam hoc capite comprehendendi, vel potius, quemadmodum Salvator noster ait (*a*): Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti, Jesum Christum. Quamobrem in eo præcipue Ecclesiastici doctoris opera versabitur, ut fideles (*b*) scire ex animo cupiant Jesum Christum, et hunc crucifixum, sibique certo persuadeant, atque intima cordis pietate et religione credant (*c*), aliud nomen non esse datum hominibus sub cœlo, in quo oporteat nos salvos fieri; siquidem ipse propitiatio est pro peccatis nostris.

*Secundum.* — XIV. At vero quia (*d*) in hoc sciimus quoniam cognovimus eum, si mandata ejus obversemus, proximum est, et cum eo quod diximus maxime conjunctum, ut simul etiam ostendat vitam a fidelibus non in otio et desidia degendant esse, verum oportere ut (*e*), quemadmodum ipse ambulavit, ita et nos ambulemus (*f*), sectemurque omni studio justitiam, pietatem, fidem, charitatem, mansuetudinem (*g*); dedit enim semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniuritate, et mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum, quæ Apostolus pastoribus præcipit, ut loquantur et exhortentur.

*Tertium.* — XV. Cum autem Dominus ac Salvator noster non solum dixerit, sed etiam exemplo suo demonstrarit (*h*), legem et prophetas ex dilectione pendere, Apostolus deinde confirmari (*i*) charitatem esse finem præcepti, ac legis plenitudinem, dubitare nemo potest hoc, tanquam præ-

(*a*) Joan. 17, 5. — (*b*) 1 Cor. 2, 2. — (*c*) Act. 4, 42. — (*d*) 1 Joan. 2, 5. — (*e*) Joan. 1, 2, 6. — (*f*) 1 Tim. 6, 11. — (*g*) Tit. 2, 14, 15. — (*h*) Matth. 22, 40. — (*i*) 1 Tim. 2, 5. Rom. 15, 8.

cipuum munus, omni diligentia curandum esse ut populus fidelis ad immensam Dei erga nos bonitatem amandam excitetur, ac divino quadam ardore incensus, ad summum illud et perfectissimum bonum rapiatur: cui adhaerere, solidam et veram felicitatem esse is plane sentit, qui illud prophete dicere poterit (*a*): Quid enim mihi est in cœlo, et a te quid volui super terram? Hæc nimurum est (*b*) via illa excellenter, quam idem Apostolus demonstravit, cum omnem doctrinæ et institutionis sue rationem ad charitatem (*c*) quæ numquam excidit, dirigeret: sive enim credendum, sive sperandum, sive agendum aliquid proponatur, ita in eo semper charitas Domini nostri commendari debet, ut quisvis perspiciat omnia perfecte christiane virtutis opera non aliunde (*d*) quam a dilectione ortum habere, neque ad alium finem quam ad dilectionem referenda esse.

*Quartum.* — XVI. Cum autem in omni re traxenda plurimum inter sit utrum hoc, an illo modo aliiquid doceas; tum vero hoc in christiani populi institutione maximi momenti existimandum est. Observanda est enim audientium attas, ingenium, mores, conditio; ut qui docendi munus exerceat (*e*) omnia omnibus efficiatur, ut et omnes Christo lucrifaciat, et (*f*) se ipsum fidelem ministrum et dispensatorem probare possit, ac veletuti (*g*) servus bonus et fidelis, dignus sit qui super multa constituatur a Domino.

*Quintum.* — XVII. Neque vero unius tantum generis homines fidei sue commissos esse arbitratur, ut prescripta quadam et certa docendi for-

(*a*) Psal. 72, 25. — (*b*) 1 Cor. 12, 51. — (*c*) 1 Cor. 15, 8. — (*d*) 1 Cor. 16, 14. — (*e*) 1 Cor. 9, 19. — (*f*) 1 Cor. 4, 1, 2. — (*g*) Matth. 25, 25.

mula erudire, atque ad veram pietatem instituere æque omnes fideles possit: sed cum aliis (a) veluti modo geniti infantes sint, alii in Christo adolescere incipiunt, nonnulli vero quodammodo confirmata sint etate, necesse est diligenter considerare quibus (b) lacte, quibus solidiore cibo opus sit, ac singulis ea doctrinæ alimenta præbere, que spiritum augent (c), donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei in virum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi. Id vero Apostolus in seipso omnibus observandum indicavit, cum dixit se (d) Gracis et Barbaris, sapientibus et insipientibus debitorum esse, ut videlicet intelligerent, qui ad hoc ministerium vocati sunt, ita in tradendis fidei mysteriis ac vita præceptis, doctrinam ad audiendum sensum atque intelligentiam accommodari opertere, ut cum eorum animos, qui exercitatos sensus habent, spirituali cibo expleverint, ne interim parvulos fame perire patientur, ut (e) qui panem petant, et non sit qui frangat eis.

*Sextum.* — XVIII. Neque vero cujusquam studium in docendo retardari debet, propterea quod interdum necesse sit auditorem earum rerum præceptis instrui, quae leviores et humiliores videntur, nec sine molestia ab iis potissimum tractari solent, quorum animus in sublimium rerum contemplatione versatur ac conquiescit. Nam si ipsa æterni Patris Sapientia in terras descendit, ut in carnis nostræ humilitate cœlestis vita præcepta nobis traderet, quem (f) non compellat charitas Christi, ut (g) parvulus fiat in medio fratum suorum, et tanquam nutrix fovens filios

(a) 1 Petr. 2, 2. — (b) 1 Cor. 5, 2. Hebr. 5, 12. —  
(c) Ephes. 4, 15. — (d) Rom. 1, 14. — (e) Thren. 4, 4. —  
(f) 2 Cor. 5, 14. — (g) 1 Thess. 2, 7.

suos ita cupide proximorum salutem desideret, ut quod de se ipso Apostolus testatur, eis velit (a) non solum Evangelium Dei, sed etiam animam tradere?

*Tradenda fidelibus doctrina ubi.*

XIX. Omnis autem doctrinæ ratio, quæ fideli bus tradenda sit, verbo Dei continetur, quod in Scripturam traditionæque distributum est. Itaque in harum rerum meditatione pastores dies noctesque versabuntur, memores illius divi Pauli admonitionis, quam ad Timotheum scriptam, omnes quicunque animarum cura præpositi sunt, ad se pertinere existimabunt; est autem hæc admonitio in hunc modum (b): Attende lectioni, exhortationi et doctrinæ; est enim (c) omnis Scriptura divinitus inspirata utilis ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

*Partitio hujus Catechismi unde.*

XX. Sed quoniam, quæ divinitus tradita fuerunt, multa sunt, et varia, ut nec ita facile aut animo comprehendendi, aut etiam, mente comprehensa, memoria teneri possint, ut, cum se obtulerit docendi occasio, eorum parata sit et prompta explicatio, sapientissime majores nostri totam hanc viam et rationem salutaris doctrinae, in quatuor hæc capita redactam distribuerunt, Apostolorum Symbolum, Sacra menta, Decalogum, Dominicam Orationem.

*Prima pars.* — XXI. Nam omnia, quæ christiana fidei disciplina tenenda sunt, sive ad Dei cognitionem, sive ad mundi creationem et gubernationem,

(a) 1 Thess. 2, 8. — (b) 1 Tim. 4, 15. — (c) 2 Tim. 3, 16, 17.

nem, sive ad humani generis redemptionem spectent, sive ad bonorum præmia et malorum pœnas pertineant, Symboli doctrina continentur.

*Secunda.* — XXII. Quæ autem signa sunt, et tanquam instrumenta ad divinam gratiam consequendam, hæc septem sacramentorum doctrina complectitur.

*Tertia.* — XXIII. Jam vero quæ ad leges referuntur, quarum (*a*) finis est caritas, in Decalogo descripta sunt.

*Quarta.* — XXIV. Quidquid denique ab hominibus optari, sperari ac salutari peti possit, id Dominica preceptione comprehenditur. Quare sequitur ut, explanatis quatuor his, quasi communibus sacrae Scripturae locis, nihil fere ad eorum intelligentiam, quæ christiano homini discorda sunt, desiderari possit.

*Modus distribuendi doctrinam Catechismi in singulas dominicas.*

XXV. Itaque visum est monere parochos, ut quoties usu venerit ut aliquem interpretentur Evangelii, vel quemvis alium divinae Scripturae locum, intelligent, ejus loci, quicumque is fuerit, sententiam cadere sub unum aliquod quatuor illorum capitum, quæ diximus, quo tanquam ad ejus doctrinæ fontem, quod explicandum sit con fugient; exempli causa, si explanandum sit illud Evangelium primæ dominice Adventus (*b*): Erunt signa in sole et luna, etc., quæ ad eam rationem pertinent, tradita sunt illo Symboli articulo: Venturus est judicare vivos et mortuos: quibus inde assumptis, pastor una eademque opera fidelem populum et Symbolum et Evangelium docebit. Quare in omni docendi et interpretandi munere,

(*a*) 1 Tim. 4, 5. — (*b*) Luc. 21, 25.

hanc consuetudinem tenebit dirigendi omnia ad prima illa quatuor genera, ad quæ referri universam divinas Scripturas vim atque doctrinam diximus. Docendi autem ordinem eum adhibebit, qui et personis et tempori accommodatus videbitur.

*Cur a Symboli explicatione incipiatur.*

XXVI. Nos Patrum auctoritatem secuti qui initiantis Christo Domino, et in ejus disciplina instituendis hominibus, a fidei doctrina initium fecerunt, opere pretium duximus, quæ ad fidem pertinent, prius explicare.

*Fides quid.*

XXVII. Sed quoniam in divinis Litteris multiplex est fidei significatio, hic de ea loquimur, cuius vi omnino assentimur iis quæ tradita sunt divinitus. Hanc autem ad salutem consequendam esse necessariam, nemo jure dubitabit, presertim cum scriptum sit (*a*): Sine fide impossibile est placere Deo. Cum enim finis, qui ad beatitudinem homini propositus est, altior sit quam ut humana mentis acie perspicere possit, necesse ei erat ipsius a Deo cognitionem accipere. Haec vero cognitio nihil aliud est nisi fides: cuius virtus efficit, ut id ratum habeamus quod a Deo traditum esse sanctissimæ matris Ecclesiæ auctoritas comprobaret: nulla enim fidelibus potest accidere dubitatio in iis quorum Deus auctor est, qui est ipsa veritas; ex quo intelligimus, quantum inter hanc fidem quam Deo habemus, intersit, et illam quam humanae historiæ scriptoribus adhibemus. Fides autem quangquam late patet, et magnitudine ac dignitate differat (est enim sic in sacris Litteris (*b*): Modicæ fidei, quare dubitasti? et (*c*), Magna est

(*a*) Hebr. 11, 6. — (*b*) Matth. 14, 31. — (*c*) Matth. 15, 28.

fides tua, et (a), Adauge nobis fidem: item (b), Fides sine operibus mortua; et (c), Fides quæ per charitatem operatur) tamen est idem genere, et diversis fidei gradibus eadem definitionis vis et ratio convenit. Quam vero fructuosa sit et quam tam ex ea utilitatem capiamus, in articulorum explicatione dicetur. Quæ igitur primum christiani homines tenere debent, illæ sunt quæ fidei duces doctoresque sancti Apostoli, divino Spiritu afflati, duodecim Symboli articulis distinxerunt.

*Symbolum cur compositum.*

XXVIII. Nam cum mandatum a Domino accepissent, ut (d) pro ipso legatione fungentes (e), in universum mundum proclamacerent, atque omni creaturae Evangelium prædicarent, christiana fidei formulam compонendam censuerunt, ut scilicet (f) idipsum omnes sentirent ac dicerent, neque illa essent inter eos schismata, quos ad fidem unitatem vocascent, sed essent perfecti in eodem sensu et in eadem sententia. Hanc autem christiana fidei et spei professionem a se compositam Apostoli Symbolum appellarunt: sive quia ex variis sententiis, quas singuli in commune contulerunt, conflata est; sive quia ea veluti nota, et tessera quadam uterentur, qua desertos et (g) subintroductos falsos fratres qui (h) Evangelium adulterabant, ab iis, qui Christi vere militie sacramento se obligarent, facile possent internoscere.

(a) Luc. 17, 5. — (b) Jac. 2, 17. — (c) Gal. 5, 6. —  
 (d) 2 Cor. 5, 18, 19, 20. — (e) Marc. 16, 15. — (f) 1 Cor. 4,  
 10. — (g) Gal. 2, 4. — (h) 2 Cor. 2, 17.

# CATECHISMUS CONCILII TRIDENTINI

## PARS PRIMA.

### DE DUODECIM SYMBOLI ARTICULIS.

*Symbolum quid contineat.*

I. *Credo in Deum.* Cum multa in christiana religione fidelibus proponantur, quorum sigillatim, vel universe certam et firmam fidem habere oportet, tum vero illud primo ac necessario omnibus credendum est, quod veluti veritatis fundatum ac summa de divinae essentia unitate, et trium personarum distinctione, earumque actionibus, quæ præcipua quadam ratione illis attribuuntur, Deus ipse nos docuit. Hujus mysterii doctrinam breviter in Symbolo Apostolorum comprehensam esse parochus docebit.

*Symboli divisio.*

II. Nam ut majores nostri, qui in hoc argumento pie et accurate versati sunt, observaverunt: in tres potissimum partes ita distributum videtur, ut in una divinae naturæ prima persona, et mirum creationis opus describatur: in altera, secunda persona, et humanae redemptionis mysterium; in tertia, tertia item persona, caput et fons sanctitatis nostræ, variis et aptissimis sententiis concludatur. Eas autem sententias, similitudine quadam a patribus nostris frequenter usurpatas, articulos appellamus. Ut enim corporis membra articulis distinguuntur: ita etiam in hac fidei confessione quidquid distincte, et separatim

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN

Biblioteca Valverde y Tellez